



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod etiam de serpentis fraude Mosem Plato sequit[ur] Cap. vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

**A**D hæc cum Hebræorum prophæta contumelias omnes atq; pericula subeunda propter uirtutem & ueritatē con clament, consentanea Plato in secundo de republica scri psit. Non ut uideat inquit iustus generosus uir qui iusti tiam colit, sed ut sit. Si enim q̄a iustus uideat, honores quispiā nanciscitur, incertum sit utrum propter uirtutē, an propter honores iustitiam sequitur. Sed figuramus, ut cum neminem unquam leserit, iniustus uideatur. Si ergo sic affectus nullo periculo, nullo cruciatu a uirtute remouetur, tunc ȳ e iustus atq; generosus est. Hæc Plato uerbis, quæ re ipsa iusti uiri apud Iudæos comprobarunt, qui tanq; iniqui, alij lapidibus, alij gladio, alij alio modo necati sunt: caprarum atq; ouium pellibus induiti, rebus pene omnibus egentes, in desertis errantes, in montibus & speluncis & terrę cauernis. Apostoli etiam Saluatoris nostri maxima pietate & iustitia uiuentes, malefici mul tis uidebant, quare spectaculum facti sunt mundo, & angelis, & hominibus, esurientes, sitiens, nuditate ac uerberibus laborantes, ut ait apostolus. Sed iniuriam, ut ipse addit, passi bene dicebant, persecutiones magno ferebant animo, turpi affecti fama afficiens, ad uirtutē exhortabant, & quasi quisquiliæ orbis reputati gaudebant, & usq; ad hæc tempora generosi martyres ubiq; terrarum non ut videantur, sed ut sint pñ atq; iusti multo plura maioracq; q̄ Plato uerbis expressit, re ipsa patiuntur, uincti uerberibus, afflicti tormentis, atq; eculeis cruciati. Et demum post multos diuersosq; dolores crudelissimo genere aliquo mortis consumpti. Quibus similem apud gentiles aliquem nunquam inuenies, ut non iniuria de Iudæis nostrisq; præclaris uiris, qui pictate ac uera iustitia perfulserunt, Plato illa percepisse uideatur.

Quod etiam de serpentis fraude Mosem Plato sequit.

CAPVT VI.

**C**Vm Moses ineffabili quadam ratione in principio creationis mundi, paradisum quandam a deo plantatum dixerit, hominemq; ibi a serpente per mulierem decæptū nrauerit, aperte Plato cōmutatis nominibus, in Symposio allegorice similia posuit. Pro paradiſo enim dei, hortos Iouis appellavit, pro serpente dec̄ptioneq; ipsius paupertatem insidiantempo sicut,



suit, pro uiro autem primo, quem dei cōsilium atq; prouidētia qua/ sinuperrime natum filium produxit, consilij filium Porum nomine posuit. Cumq; Moses in ipsa constitutione mundi factum hoc dixe rit, cum Venus facta esset id accidisse Plato narrauit, Venerem alle gorice propter pulchritudinem mundum appellās. Sed uerba eius hæc sunt. Cum inquit facta esset Venus, & alijs dij, & cōsilij filius Po rus, in conuiuūm conuenerunt, & post coenam inopia tanq; mendī ca ad ianuam domus ubi cōueniebant accessit. Porus autem nectas re superatus (nondum enim uini usus inuentus erat) in hortos Iouis ingressus grauiter dormiebat. Inopia uero propter indigentiam ad insidiandum parata, ut ab eo liberos susciperet, apud eum accubuit, & hoc dolo Cupidinem a Poro concœpit. His Plato allegorice illa mosayca uoluit significare.

Quomodo Plato quasi ioco ex uiro sumptam mulierem  
scripsit.

## CAPVT VII.

**P**réterea Mose dicente. Adæ autem non inueniebatur co/ adiutor similis eius. Immisit ergo deus saporem in Adam. Cumq; obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Cum non intellexerit Plato, quo sensu id dictū est, quia tamen mosayca omnia fuerat admiratus uoluit omnino p/ terire. Itaq; Aristophani comœdo, qui etiam rebus honestis illude/ re solebat, orationem in Symposium attribuit dicens. Oportet primū ūos naturam humanam & passiones ipsius p/discere. Prisca em, no/ stra natura alia erat quam nunc est. Nō enim duo genera hominū, ut modo, sed tria fuerunt. Ad masculum enim atq; foeminam tertium etiam aderat utriscq; commune, cuius rei nomē solummodo relictū est. Res y/o penitus perijt. Nam Androgynum tunc re ipsa & nomi ne ex utrisq; mare scilicet atq; foemina constabat. Istis cum aliquan tulum, ut Aristophanes solebat illuserit, subiungit dicens. Hæc Iup piter dixit, & incidebat homines medicos, & Appollini iussit par tes incisor; ita coniungere, ut facies ad cæsuram uerteretur.

De prima hominum uita. CAP. VIII.

Vm Moses primam hominum uitam in paradiſo dei nulla re indigen:em, quasi diuinam afferat, omniacq; sponte a ter/

E ra